

### III.

## REGNUM MORTUORUM.

Nro. 20.

---

A n i m a d v e r s i o .

De Caducitate rerum.

Quod fueram non sum, sic ibimus, ibitis,  
ibunt.

---

Elysium-Meum, Die Veneris, 30. Mar. 1810. (Neov. 13. Mar. 1810.)

---

**Q**uodvis Sæculum, quodvis decennium, annus omnis, mensis, hebdomas, dies, hora, minutum, imo quodvis secundum eorum æternitate fateantur est necesse: se nequam fuisse id, quod debuissent. Omnia multis mutationibus implicata in oblivionis abyssum projecta sunt.

Superi! omnia in hoc mundo, ipso in concavo Lunæ existente ideali optimo mundo, quam fluxa, quam caduca, quam prætereuntia!

*Omnia sunt hominum tenui pendentia filo.*

*Et subito casu, quæ valere, ruunt.*

Omne terrenum admoget terricolam instabilis conditionis, se non esse hujus vite stabilem possessorem, quippe quæ amat perturbantur, quæ dignitati, honori ejus servant, rapina prædaque devastationis, sunt, quæ locupletem cum reddunt, ictu oculi, essuque dispercunt, abripiuntur, evertuntur.

tur. — Extra se nihil videt quam vanitatem, caducitatem devastationem, solo in pectore suo est aliquid, quod alterius vite dignum præ-tendit, quo fatis agitur vicibusque temporum, & convitiis laceffitus; quæ per eas ei accersita, adhuc in spem melioris erigitur, & conservatur. —

Pauci mense florescentes agros in desertâ converterunt, cæcâque hospites ad pendentem stipem deduxerunt. Bellum, atrox bellum quaquaversus devastationem circumfert, terror præcedit, paupertas id comitatur, desperatio sequitur, his satellitibus; præcursore, comite atque pedisequo perambulat vicos, oppida, urbes, provincias, ubique pavor, luctus, trepidatio. —

Ubi olim gaudia & vita viguit, hodie contra moeror & mors regnat; ubi olim vici hilaribus conferti incolis, hodie vacua videre est tuguria, desolationem, desertâ, devastationem, luctum amplis Germaniæ tractibus dominantem. —

Quod annua solertia, parsimonia, & frugalitas collegerat, belli spoliis factum est — quod mater dilecto nato adjuvando occulit, evanuit — quod industria excitarat, destructum & subrutum est, quodve providentiâ condidit, fuit — at non est amplius. —

Eadem tenentur sorte equitum turmæ; pauperumque tabernæ; — nunquam ullus temporis erat articulus, quo tot potentes vires, tot imperantes solia, tot Status opes amiserunt suas, quam nostro. — Sit amatus

aut odio habitus a subditis, potestate imperioque nihilominus decessit imperans, nativitate & jure sibi acquisito & debito, tunc oberat consilium operaque quærens ubi non est, poenitet errorum jam sero, eos emendare se velle pollicetur, qui corrigi nequeunt amplius.

Ita in vita, fortuna, opibusque humanis fieri affolet! Insolentia & insultatio dum fruuntur voluptate non finem nec mensuram capiunt, quo fit: ut rigorosa Nemesis vindictam sumat de eo, qui effrenis dominandi cupidus est in orbe, in quo ubivis limitum admonetur, quos natura, ratio, Deusque legæternæ invariabili definit. Si orbis in usurpando jura moderatior, si jus humanum custodiret, si sancta ei fides, & fidelitas esset, tum enimvero niteretur aliquo, quod divinæ originis, quod invariabile & æternum esset; at nunc libidinem exsatiat terrenis voluptatibus, phantasmata in edatur, in barathrum se præcipitem agit, cujus propria dementia auctor fuit — hæc erit ratio rerum usque, quo natus non intellectus fuerit, quem ratio largitur, rationesque non sequi placuerit, quas divina sapientia in universa natura disperavit. Teuens mensuram modumque, cancellis finiti non excedendo, & sancte colens legem moralem solum potentia se servare potest, in medio luctarum, in quas ambitio & dominandi libido eam conjecit. Verum coeeco agendo & dominando, absque commiseratione, cum imprecatione in tumulum dehisit generationum execrationes secum detrahens

quas temerariis aliquot dierum usurpationibus humeris iniecit suis. — Homo, Imperans mendice! expende & respice metam, qua agendi ratione tua duceris; & inevitabili regressu duceris! Solum justum, bonum, nobile, immortalitatem nominis parit, quæ bene precantium voces adfert, quod injustum, quod malum, & fræni expertus est, id quovis ævo nota inusta comparet. —

At at: infausta labuntur tempora instar procellæ, quæ horride sæviit, & sereni dies sequuntur. — *Post nubila Phoebus!* — Europæ in Contineute longa diuturna que frui pace licebit. — Carendum ei quidem erit productis exterarum orbis partium aliquanto tempore, at perpetuo maritima pugna durare nequit. — Omnia caduca & transitoria sunt, finem tamen adipiscuntur, ergo & infaustum maritimum bellum. —

Etenim: an Angliam violentum statum perpetui belli diu perferendo erit? si Europæ oræ ubivis ei oclusæ fuerint? Si ab eis periculum ei imminuerit; — si cum tempore Classis ex iis in Hybernia excenderit, an adgressioni felici successu tentatæ resistendo par erit? — Continuo & continuo exercitus copiarumque armatas educet, ære conducet, continuo in prælium se accinget, continuo in statu violento, continuo in metu, terrore, vivet, continuo rem ærariam suam exhauriet, at demum sub onere sumtuosæ magnitudinis tandem fatiscenti succumbendum erit — hæc conditio nimis violenta est, nimis gravis, quam ut perpetuum durare possit.

Inito Conjugio Imperatoris Napoleonis cum Austriae Principe Ludovica, adjunctisque Continentis in ratione Politicæ Statuum Continentalium, quæ vel jam locum habuere, vel habitura sunt, Britannis ex Insula sua Continentem intueri solum fas est, Nullum foedus, coalitio nulla, oriri deinceps poterit. Nondum constat: quam actionem hoc conjugium in Anglicana gentem, & ejus ministros fecerit, at dubio vacat eos huic eventum attonitos, cum stupore excepturos esse. —

An osum fortuitum aut aliquem Deum ex machina expectant, qui foederatos eis producat? — Tribus in bellis Punicis hic non comparuit, eratque novissima ad maritimam urbem vox Catonis: *Delenda Carthago!* — occidit, præterit! prout omnia in hoc mundo evanescent. —

Jam Hispania de integro armis occupata est. — Si Britanni spe tumultuantis populi se se tenere non poterant, qui fieri poterit ut Portugalliæ diu immorentur? quod si Hispania & Portugallia armis occupata fuerit, ubi, amabo, Britannus ad formosam, sedentem geographicam virginem Europam editum reperiet? ubi etiam optatum occultum accessum inveniet?

Georgius ille secundus, Rex M. Britanniae longe celebratissimus Curiam Statuum ingressus solenni festivoque illo adparatu quo Reges Angliæ Curiam adire solent; vice quadam (1755) collectos Status his verbis allocutus legitur: *Mei Domini!* Stupebitis annocium quod

vobis revelabo, audite: *Austria cum Gallia se conjunxit!* — Eorum Princeps Kaunitz & C. Choiseul politice adeo memorabilem, Galliam inter & Austriam Conjunctionis Tractatum inivere, qui tam diu pacifica tempora effecit, adversus Angliam & Borussia. — Hodie ejus dignissimus nepos, ejusdem nominis tertius Rex M. Britanniae simili oratione Coaventum Ordinum auspiciari poterit; mei Domini! Audite & stupete! senior Imperatoris Austriae Francisci II. filia Napoleoni desponsata est. — Primus eventus, prima Parisinae aulae cum Vindobonensi conjunctio, finem consequi non potuit, & quam ob rationem?

Quod Borussia cum M. Britannia efficaciter se conjugere foedere potuerit; veram hic Casus hodie multum diversus est, nec minimum Continentis punctam patet Anglicano foederi. —

Ergo finis obtentus est — sed gradum facere lubet ad novas relationes.

Res profecto singularis: Insurgentes Spanicos in Catalonia semet defendere adhuc velle; cum eorum Junta seu regimen in fuga constituatur, Gallique jam ad Gades consistant, sequentia de noe scribuntur:

*Parisii die 7. Mart.* Monitor promulgat litteras officiosas Ducis de Conegliano ad bellicum Ministram Girouna de 23. Feb. quarum summarium sequens argumentum est. — **Novus Insurgentium in Catalonia Gen. Dux Odamel** quidquid copiarum colligere potuit ex aliquot diebus ad Moyam contraxit profectus

die 20. h. mane cum 12,000 copiarum linearum, 1200 equis & 1000 aliquot promiscue militiae in planitie ad Vich. Eius consilium erat agmen equestre D. Souham atterendi; ejus adgressiones non caruerunt audacia & robore, at Gallicarum copiarum virtute continuo rejectae & repressae sunt; proelio Gen. Dux Souham ad laeva tempora solo pro vulnerratus est, quo in rerum articulo unicus ductus Generalis Dux in agmine Augerau imperium militare suscepit Clademque perfecit ad ornando opportuno loco & tempore equestrem adgressione. Insurgentes supra 3500 caesos, sauciorque ammisere, 3250 capti, e quibus 125 Officiales militares, qui in Galliam expediuntur. — Maxima impedimenta hostilia 100 muli gravati repleturis scloporum, 500 equi binaque vexilla spolia bellica facta.

Eodem tempore, quo Odamel agmen D. Souham adortus est, aliud agmen mille aliquot viris constans ductu Helvetici Colonelli aequae incassum adgressione fecit Besalae, principio 60 solum strenuis ex mont. legionibus defensae, quibus subin 1200 Italicarum copiarum Duce Guillot in subsidium missa. Et in copias Italicas sub auspiciis Gen. D. Mazuchelli *Ostalrio* obsidentes hostis 5 amplius millibus tentavit fortunam, ast continuo cum notabili clade rejectus est. — Diversae tumultuantium turmae oram maritimam defendentes eodem tempore per Gen. D. Verdier cum 1500 viris dissipati sunt. Jactura nostra hoc die, qui unus ex splendidissimis

exercitus Gallicani in Catalonia est, in summa efficit 143 cæsos, 272 saucios in quibus 7 Officiales reperiuntur. —

Jussum diurnum Gen. provincialis Madridensis memorat: die 12. a rege 4 ab urbe erectas & vestitu provisas Civicas Cohortes lustratas esse. Eodem die rex in urbe Utrtao noctem egit.

*De 8. Mart.* Heri pomeridiana hora 3 Imperator Consilium Ministeriale celebrabat. Hodie est drama in penetralibus Tuilleriarum.

*Amstelodamo die 3. Mart.* Vere cum Salamone dicere possumus, „Sub sole nihil novi” ita nec quidquam novitatis in ratione conditionis nostræ — sub densis Regiæ nostræ nebulis — vivimus nihilominus spei plenissimi solatium amplum harioiantes — Valor Chartarum nostrarum nondum auctus est, commercium omne jacet. Hospitium principis Gallici exercitus Amstelodami constituendum perhibetur.

*Georgius II. Rex M. Britan.*

Erat eximius olemensque princeps — Anno 1746 adiit larvatas choreas. — Illustris statura matrona arrepto ejus brachio adducit eum cauponariæ mensæ, e binis, quos adferri jussit vino repietis cyathis alterum ei porrigens ait: Prætendentis sanitati! — lubens reponit is bibo pro sanitate infelicium principum — matrona sicam conditam, ei ostendit, at ille nequidquam in eam posthæc inquisivit.